

Lutetiae, & Dolæ exulant. Qui dicunt, in illis aliquid esse hæreticum, sive docti sive indocti, mentiuntur. Id liquido perspiciet qui legerit meas Declarationes.

DE UTILITATE  
Colloquiorum  
AD LECTOREM.

**A** Deo nunc in omnes & in omnia per Universum orbem grassatur comitata Furiis \* in Arg. B. olym., ut tutum non sit ullum emittere librum, nisi satellitio munitum. Quamquam quid satis esse tutum possit adversus sycophantæ morsum, qui velut aspis ad vocem incantantis, ita ad omnem purgationem quamvis justissimam obturat aures? Prima pars hujus operis, quæ mea fuit & non mea, temeritate cuiusdam erat edita. Quam cum ingenti applausu viderem exceptam à studiosis, abusus sum affectu vulgari ad profectum studiorum. Quandoquidem nec medici semper ægrotis ministrant saluberrima, sed illis nonnihil concedunt ob hoc ipsum, quod vehementer appetant. Itidem mihi visum est, hoc genus illecebris inescare teneram ætatem, quæ jucundis facilius dicitur, quam seriis aut exactis. Itaque quod editum erat repurgavi; deinde adjeci quæ moribus etiam formandis conducerent, velut irrepens in animos adolescentium, quos recte scripsit Aristoteles inidoneos auditores Ethicæ Philosophiæ,

dum-

\* H. Arg. B. olym.] Hoc est, calumnia, quæ apud Gracos hinc nomen habet, quod omnia in aliam partem trahat & conjiciat atque existimata aut edita sunt.